legitime facta fuit. Dicunt enim quia legitimum dici non debet quod sine fide factum
est. Sed in isteri non occurrit vel aliquid quod negare possit infidelium societatem
secundum quam in institutione sua fecit coniugium esse. Non forte similiter dicere velit baptismi sa-
cramentum non esse quod heretici dant vel accipiunt quia fideles non sunt. Neque ille qui dat neque
ille qui accipit. Et hac ratione ostendat sacramenta dei non posse ad infide-
lium participationem venire. Si sacramentum coniugii habere infideles
non possunt. Aut solum sacramentum coniugii ceteris omnibus excellentius esse
dicendum est sibi solum extra fidem participari non potest. Baptismi sacramentum
infideles habere possunt et coniugii sacramentum infideles habere non possunt. Sed baptismi
sacramentum in quo specialiter signaculum fidei est et infideles habere possunt, et coniu-
gii sacramentum quod non tam fidei est quam nature signum non tam virtutis indi-
cium quam propagationis instrumentum, et fideles et infideles habere non possunt. Sed baptismi
inquiunt sacramentum quod infidelis accipit ideo accepit quia et sine fide [illegible]
lio fuit. Ipsum tamen sacramentum secundum rectam fidei formam accepit. Ali-
oquin non illud secundum recti fidei formam accepisset; sed utique accepisset sive
fidelis sive infidelis fuisset. Itaque quia in accipiendo fidei certius
non fuit, accipere illud potuit quamvis secundum aliud fidelis non fuit. Ecce ergo dico
quare quamvis infidelis uxorem propter propagationem filiorum ducit fidem thoro con-
iugali servat. Sociam diligit et custodit illa vivente ad alienam
societatem non transit quamvis in alio infidelis sit quia [illegible] non credit in hoc tamen
neque [illegible] in institutione facit. Sed auctoritas inquiunt dicit eius matrimonium coniugia
vera non esse. Ideo dico quia omnia que preter fidem sunt et sunt vera sunt ad spem non sunt vera ad salutem et
sunt vera ad formam sacramenti ad effectum virtutis et gratie
spiritualis vera non sunt. Sic et de quibusdam aliis sacramentis dictum est quia vera non sunt que
ab infidelibus participantur non solum ab infidelibus sed etiam a fidelibus perverse [illegible]
[illegible] et perverse agentibus et indigne contrectantibus. De ipso sacramento
corporis Christi dicit auctoritas quia non est verum corpus Christi verba.

Lizenz: CC-BY-NC – Engelberg, Stiftsbibliothek, Cod. 90, f. 83r – Hugo de S. Victoris, De sacramentis fidei christianae (http://www.e-codices.ch/de/bke/0090/83r)